



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De Vi & ordine impedientibus Cap. [8].

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

duxisset uxores, potest solam primam retinere ob eandem causam.
*Tertia, Cum alter coniugum infidelium conuertitur, & infidelis vult sine Dei offensa habitate cum conuerso, debet hic cum illo vitam degere, alias, illum relinquat si vult, & nubat alteri. *Quarta, si tales infideles fuerint Iudæi, vel serui Christianorum, & alter ad fidem accedat, tunc paruuli filii conuersum sequi debent, etiamsi fœmina fuerit. Idem dicendum de infidelibus Christianorum mācipiis, de cæteris autē infidelibus non ita, filii enim sequuntur patrē conuersum non matrem.

De Vi, & ordine, impedientibus.

Cap. 8.

Matrimonium per vim, & metum contractum, licet interior fieret consensus, nullū est. Intelligitur autem hoc

dictum de metu in virum constitutem cadente. Si autem post violentiam, vim passus, consentiat, verum erit matrimonium, & tale etiam in foro exteriori existimabitur, si post violentiam intercesserit copula modo tamen alter coniugium utroque hoc euentu etiam perfueret in suo consensu. Ordo facit Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotii, si voluntarie ante matrimonium fuerint suscepti, dicitur contractum, & contrahentes sunt excommunicati, ut libro I. videtur licet, quia excommunicatio est episcopalis, incertum tamen est si contrahant irregularitatem.

De impedimento ligaminis.
Cap. 9.

Ligaminis impedimentum matrimonium ipsum iactum, non consummatum, enim sic ligat contrahentes, ut ne